2545 P. Ael. Paul[*i*]|n[*u*]s templ. | instituit | pro se suo|rumque | salute | Genio sanc|to scolae de|curionum.[1]

Alsó-Ilosvae in Dacia (III S. 7626 semel descripta saec. XVIII). — 1) *Intellege decuriones alae primae Frontonianae, Alsó-Ilosvae tendentis (supra N. 2494).*

2546 I. o. m. Heliopolitano, vexillatio alae Iture|orum[1], praebe|ntibus[2] Cla. | Rufino et Ur|sione, decuriones posuerunt.

Romae in vinea quadam viae Nomentanae (VI 421 vidit de Rossi). — 1) *Quando haec vexillatio Romam venerit, incertum. Ala prima Augusta Ituraeorum memoratur supra N. 2004.* — 2) *Praebere quid sit in hoc titulo, obscurum.*

2547 Ti. Attio Ti. fil. Pu[*p*.] | Hilaro | dec. emerito alae I Fl. fid., | Antistia Ilias coniugi v. f., | lib. lib. q. post. q. eor.

Tergeste (V 538 semel descripta saec. XVII).

2548 . . . . . . ! ! ! ! ! ![1] | . . . . . balineum refect. | [*et b*]asilicam vetustate conlabsam | a solo restitut[*a*]m eqq. alae Sebussia|[*nae*][2] ! ! ! ! ![1] sub Octavio Sabino v. c. | praeside n., curante Fla. Ammau|sio praef. eqq. D. d. XI kal. Septem. | Censore II et Lepido II cos.[3]

Lancaster (VII 287 cf. p. 307 vidit Huebner qui ait litteras videri aetatis Severianae vel Alexandrianae). — 1) *Erasum nomen imperatoris, item agnomen alae Sebosianae inditum ab imperatore.* — 2) *Cf. N. 2553 not. 3.* — 3) *Consules hi ignoti.*

2549 Fortunae | coh. I Batavor.[1], | cui praeest | M. Flaccinius | Marcellus prae.

2550 I. o. m. | et numinibus | Aug. coh. I Tu|ngrorum | mil.[1], cui praee|st Q. Verius | Superst[*e*]s | praefectus.

2551 Fortunae Aug. | pro salute L. Aeli | Caesaris[2] ex visu | T. Fla. Secundus | praef. coh. I Ham|iorum sagittar.[3] | v. s. l. m.

In Anglia rep. ad vallum Hadriani, in ruderibus stationum, quibus Procolitia, Borcovicium, Magnae nomina fuisse videntur (VII 617. 640. 648 vidit Huebner). — 1) *Batavorum cohortes nescio quot et Tungrorum duas in exercitu Britannico aetate Domitiani memorat Tacitus Agr. 36; antea fuerant pars exercitus Germanici (de Batavorum cohortibus cf. Tac. ann. 14, 38, hist. 1, 59 cet., de Tungrorum Tac. hist. 2, 14. 4, 16). Prima cohors Tungrorum milliaria recensetur in diplomatibus a. 98 (Eph. ep. 4 p. 500) et a. 103 (supra N. 2001).* — 2) *A. 136/7. Titulus est igitur ex antiquissimis eius regionis.* — 3) *Cohors haec recensetur inter cohortes in Britannia tendentes in constitutione Hadriani (dipl.). Hamii ipsi ignoti.*

2552 . . . [*Sarmatico*] | maximo[1], | coh. ∞ Maur.[2] | Maximi[*n*]ian. | devotissim. | numini ma[*iesta*|*tiq. eius*].

Battae ad Danuvium, ubi fuit Matrica Pannoniae (Eph. 2, 625 vidit Mommsen). — 1) *Maximino aut Maximo titulus dedicatus fuit.* — 2) *Eadem cohors milliaria Maurorum eodem loco etiam tegulas reliquit (Eph. ep. 2, 777).*

2553 I. o. m. | coh. I Ael. Dac.[1] | Postumi[*ana*][2], | c. p.[3] | Marc. | Gallicus | trib.

archive.org